



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De filio sapiente. cap. xc.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A *Ut ipsorum consilia in apertum prodeat. Nam qui, ut humanum fauorem emereantur, ad honestam & cum virtute coniunctam vitam se conferunt, hi scilicet sunt, qui in peccata prolapsi sunt. Qui autē pio animo vita genus omnibus virtutibus absolutum recte profiteri cupiunt, nunquam à Deo deseruntur, quemadmodū dixit Propheta, Iunior fui, etenim se-* *Psal. 36.*
num est merces eorum, & spes eorum apud Altissimum. Enimuerō multi monachi erro- *Sap. 5.*
re lapsi, ad inuendum matrimonium se conuerterunt, dum dictum illud Apostoli male
accipiunt, Quod si se non continent, nubāt. Neque hoc intelligūt, quod post pacta cum Deo *1. Cor. 7.*
sancita, non iam matrimonium, sed fornicatio dicitur. Vnusquisque igitur, cum corpo- *Celibatio*
ris necessitates perferre potest, tum denique sanctioris vite iugum subeat: atque ita ad *Deo pro-*
infernī subterranea minime ruet. *missum in-*
fringere
non licet.

De filio sapiente. CAP. XC.

FILIVS sapiens lætificat patrem: filius prudens oblectat matrem *Pro. 10.*
 suam. Saluatus est ab æstu filius prudens. Filius castigatus sa-
 piens erit. Filius iustus gignitur ad vitam. Latetur pater & ma-
 ter in te: & gaudeat quæ peperit te. Viri amantis sapientiam dele-
 ctatur pater. Fili, si sapiens fueris, tibi ipsi sapiens eris & proximo.
 Melior est puer pauper & sapiens rege sene & stulto. *Ecl. 4.*
 Filiorum virtus gloria patrum.

De filio stulto & improbo atque inepto. CAP. XCI.

FILIO doloso nihil erit boni. Filius stultus mœstitia est matri suæ. *Pro. 14.*
 Velut à vento corrumpitur in messe filius flagitiosus. Non de-
 lectatur pater in filio imperito. Filius stultus subannat matrem
 suam. Filius oberrans pudore afficit matrem suam. Filius inobe-
 diens in perditione erit. Ira patri est filius stultus, & dolor matri suæ. Malus
 filius maledicit patri: & matri non bene dicit. Filius malus iustum se esse cen-
 set. Filius malus sublimes oculos habet: & palpebris suis extollitur. Confu-
 sio patris in filio inepto. Filiorum peccatorum peribit hæreditas: & cum se-
 mine eorum permanent mala.

De pluuia: & quod à terra in cælum aquæ subuehantur.

CAP. XCII.

VI dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa. *Iob. 5.*
 Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit in cælo & in terra, in *Psal. 134.*
 mari & in omnibus abyssis, &c.
 E *Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Domi-* *Amos. 5.*
 nus omnipotens nomen eius.

De sanitate: & quod omnia antecellat. CAP. XCIII.

MELIOR est pauper sanus & fortis viribus, quàm diues imbecillis & *Ecl. 30.*
 flagellatus malitia.
 Sanitas & commoda valetudo quous auro præstantior est: satiusque est cor- *Basil.*
 pore firmo ac valenti esse, quàm immensas opes habere.
 Iucundior est sanitas aduersa valetudine degustata. *Commune donum est sanitas.* *Greg.*
Nyl.